

ecce natura



VITA BEATISSIMO ANNIS EPISCOPI
& Confessoris Traguriensis, & eius
miracula.

VITA BEATI IOANNIS EPISCO²
pi, & Confessoris Traguriensis, & eius miracula: Im
pensis Reucreandi Domini Ioannis Statilii Tra-
guriensis Praepositi Vrsiensis: Serenissimi
Regis Hungariæ Secretarii excusa.




3 O N D I T O R humani generis, Domi-
nus noster uolens ecclesię, quam filii sui Ie-
su Christi dormiētis in cruce sanguine de-
dicauerat, fundamēta stabilire in mōtibus

sāctis, ad ip-
sius roboris
firmitatem,
alios elegit
Apostolos,
quorū præ-
dicationis
sonus in o-
mīnem ter-
ram exiret:

aliros qui-
dem Mar-
tyres, qui
pro testimo-
nio fidei ei-
us, & lege
seruāda, ue-
lut agonistē
fortissimi, que
ad mor-
tem certantes, sanguinem proprium effuderūt: quoſ-
dam uero Confessores; qui licet non succubuerint
gladiis prosequentum, crucifigentes tamen carnem
suam cum uitijis, & concupiscentijs, palmam marty-
rii nullatenus amiserunt. De quorum consortio,
Beatum Ioannem Traguriensis Ciuitatis Antistitem
fuisse credimus. Qui cuius uitæ uel meriti fuerit, &
qualiter ad apicem insulæ pontificalis peruererit,



A ii



VITA BEATI IOANNIS

sequens textus edocet manifeste. Temporibus igitur Colomani Regis Hungariæ, cum quidam legatus ab urbe Roma missus ad partes Pannoniæ, intrans Dal matiam uenisset in ciuitatem Iadratinam, occurrunt ei Ciues Tragurienses orantes ut per terram eorum iter ficeret: quia ciuitas sua crebris bellorum in cursibus diutissimaque ciuium dissensione agitata, destructioni proxima ferebatur, qui legationis iniunctæ sibi nulla potiora initia se posse dare considerans quam in initio uiarum suarum ciuilia bella pacare, petitioni condescendens illorum cum illis nauigauit ad urbem; ubi datis salutaribus monitis seditionem sedauit antiquam, & ciuilem discordiam pacis concordia commutauit. moram autem eo faciente in Traguriensi ciuitate, contigit eiusdem urbis presulem de presente luce migrare, post cuius obitum clerus & populus uniuersus ad legatum conuenientes depre cabantur uoto supplici, ut eis dignaretur prouidere pastorem de his quos in suo adduxerat comitatu, quod cum sibi graue uideretur admodum, tum pro pter patriæ longinquam distantiam, tum propter di uer s̄os mores, & instituta locorum, tum etiam quia difficulter sperabat esse personam in suo comitatu ad hoc uoluntariam, uotis illorum acquiescere recu sabat, assiduis demum precibus fatigatus eorum anim aduertit inter clericos comitatus sui quendam iuuenili adhuc ætate, tamen lenitate florentem, genere no bilem, scientia plenum, probatum moribus, Ioannem

EPISCOPI TRAGURIENSIS.

3

nomine, quem his exhortationibus adoritur, dicens: Non est tuæ discretioni secretum fili charissime, quāta precum instantia me fatigare non cessat populus ciuitatis huius, postulando de sociis nostris aliquem in ecclesiæ suæ futurum præsulem & rectorem. Et quia uox populi fertur esse diuina, opere pre cium uide tur nobis, eorum debere condescendere postulationi. Nunc ergo confortare in domino & in potentia uirtutis eius, accingens te ipsum ad subeundum pondus oneris & honoris; cum præter te non sit inter comites nostros quispiam de circumspectione, cuius possimus huic ecclesiæ prouidere. Quibus auditis turbatus infremuit, & ut erat columbinæ simplicitatis, uerecunda facie respondens, ait: Quid in me pater & domine, tuæ displicuit paternitati? Cur mihi perferre suades pondus, quod humeri potentes & robusti ad onera expauenient? præsertim cum & corpori uires, & scientia desit animo: nec uitæ cursus congruat gravitati. Sed & si mea tibi domine uidentur ingrata ob sequia, licentia tua nativitatis patriam repetam, de qua huc te prosecutus adueni, potiusquam in hac parte cuiuspiam consiliis acquiescam. Contradicente autem Ioanne legati consilio, adiiciente quoque se subitum quodvis genus supplicii priusquam onus sollicitudinis pastoralis: egreditur ad plebem Legatus, & expectationi eius in hunc modum respōdit: Fratres & filii, honestis iustisque petitionibus uestris quātum cum deo poteram satisfacere proposueram: sed meo

A 3

proposito effectus operis contradicit. Est enim in comitatu legationis nostræ quidam, quem quia scientia plenitudine, ac morum grauitate iuuenilem transcedit ætatem, nostræ petitioni tradere satagebat. Sed quia ipsius animo suadere nequeo, quod uel meo consilio acquiescat, uel uestræ uoluntati consentiat; Ite & iuxta beneplacitum uestrum de prouida persona & Ecclesiæ uestræ idonea iuste & rationabiliter cogitate. qui ob hanc uocem mœrentes effecti & tristes, clerus omnis ac populus metuentes ne ciuitas disoluta sine pastore dimissa, post legati recessum in deteriora relapsa prioribus ad irreuocabile præcipitum uergeret, pari uoto seipso astringunt a legati foribus non recessuros, nisi prius per illum postulationis suæ finem consequerentur optatum. Cumque innotuissent ei uota populi, commotus iterato clamore plebis, ad sæpe dictum iuuenem conuertitur rursus, & eum in hunc modum affatur, dicens: Fili charissime non te latet ut credo & certus sum, quā sit bonum uiro cum portauerit iugum ab adolescencia sua, cum iugum enim suaue sit ad portandum, & leue onus ipsius, prout in Euangeliō legimus ad fereendum. Ideoque scire te frater oportet, quia diuinæ prouidentiæ sententia te inuitat per uoces istius populi, ut reddas in hoc loco domino uota tua, & ut sacrificando laudis hostiam offeras altissimo uitulum labiorum tuorum. Acquiescens demum iuuenis legati sermonibus, & considerās quod diuina nō potest

mutari sententia, respondēs, ait: Si prouisum est dispositione domini sic quod nō possit aliter fieri, dūmodo ipsi ecclesiæ labor meus possit proficere, uoluntas Dei par & tua fiat. Lætus itaq; legatus ad plebem egreditur, & eius desideria completa esse reuelat. Exultat clerus, congaudet populus, & gratiarum actiones Deo & sanctæ Romanæ ecclesiæ pro tanta sibi collata persona ferentes, unanimiter depositunt, ut quanto oxyus in præsulem consecretur. Legato uero prosequente legationis suæ iter, consecratur a Laurentio Salonitanæ sedis archipræsule, atque ad urbem Traguriensem retrorsus cū gaudio plebis suscipitur uniuersæ, sublimatus igitur cathedra pontificali, non dedit se corrūpendum inertiae, ueluti plerique adepti causam desideriosæ quietis solent, sed iugi meditatione intentus totius uitæ suæ cursum ieuniis, orationibus, uigiliis & eleemosynis adorsus est. Erat aut in eloquentia facundus, in sapiētia præcelsus, pietate affabilis, in sermone uerax, in iudicio iustus, & reddēs quæ sunt dei deo, humani fauoris aurā fugiens, in facie hominū uestiebat fulgidā uestē & celebrē, super nudo uero intrinsecus a sp̄rimo cilicio utebatur. Nec secus quoq; toto uitæ suæ cursu fuit usus thalami proprii cubiculo, quod a cubiculariis eius egregie paratum spernebat, atq; cubicula riis eisdē emissis, & admisso secretius paupere eū in memorato cubili locabat, ipse aut post lōgas noctis uigilias pauimēto supersternēs aspersos asparagos nudus desuper carnē crudelius delicto macerās pernoctabat.

Anno dñi mon

Hæc & his similia longo usu temporum eo faciente, contigit quod anno quodam tempore iam uindemia rum propinquante, grando superueniens uineas cōdit adeo, quod uinitores non uias, sed racemos rarissimos domum referrent. Episcopi autem uindemiarii, cum & ipsi simili ratione, tam paucos reportarent racemos iuxta terræ consuetudinē, ut uix tinam possent dimidiare, nūciant ei quam modicum racemorum de suis uineis reportassent. Quibus ille, Potens est Deus, qui de sicca rupe per Moysen seruum suum aquam toti populo Israeli sufficientem eduxit, etiam nobis de racemis pauculis ; uini copiam elargiri. Ite quod derit Deus cui deseruio, in ipsius nominis potentia eliqueat. Ministri autem euntes fecerunt sicut eis fuerat imperatū. Et cum eliquare cœpissent, tanta uini prorupit abundantia, quod de uase tam paruulo, tria magna usque ad summum sunt repleta dolia uini continua copia effluente. Quod cum uiderent cum stupore & admiratione studuerunt beato uiro nunciare, dicentes : Domine mira res & stupenda ualde de tanta paucitate uuarum tres maiores repleuimus iam uegetes ; & quod est mirabilius, idem uini fluxus indeficiens perseverat. Quibus moderate respondens, inquit: Misereatur uestri Deus filioli, quare dei misericordiam in inuidiam cōuertitis? Ecce uere quod nūc abundabat iam cessauit omnino ; & uos reati huius non modo nobis, uerum etiam obnoxii eritis uniuersæ plebi, illi uero ad opus suum regressi sicut uir san-

ctus præ

ctus prælocutus fuerat inuenerunt, uinum iam penitus a fluxu quieuisse. Alio uero tempore cum nauigaret ad oppidum quod dicitur Sibenicū & in nauicula qua uehebatur sanctus ucheretur uini etiam dolium, & uentum esset ad locū qui uulgo Plancha latine aūt hilis uel promontorium Diomedis uocatur, motus uehemens factus est in mari. Et quia præfatus locus a terra fere præcisus & quadam latitudine porrectus in mari, plerunq; uero marinis repellitur fluctibus, nauigiū memoratū incaute in idpsum ruitens saxum submersum est cū omnibus quæ ferebat. De quo naufragio cum alii natando, alii tabulis hærentes si quas obtulisset casus exirēt, solus Antistes super undas maris quasi super aridam illæsus exiuit. ultimo aūt eo iubēte nauigium ita illæsum cū rebus suis de profundis educitur, ut ni suprafatū uini dolium stilla non subrepserit aquæ. Per idem tempus Colomanū Pannoniorum regem contigit ad maritimas partes in manu potenti & brachio excelsō defēdere, ut regnum suæ ditioni subiugaret Illyricū, Croatiae gentibus iam subactis, & quia ciuitas Iadritina munitior & potentior ferebatur cæteris ciuitibus, inferiorum partium Dalmatiæ, tū natura loci, tum etiam multitudine populi bellicosi, quæ quondam ab Adrio fratre Itali fertur fuisse constructa, cōtra illam primo direxit aciem exercitus uniuersi, quam cū sibi nollet obtemperare circumcinxit obsidione, & erectis aduersus illā propugnaculis & ua-

B

riis generibus tormentorū non minimam stragem murorum urbī & turriū faciebat. Eodem modo & ciues pro salute certantes aduersum exteriorem suam machinam quæ uulgo artaria dicitur erexit. Sed quodam præsagio contigit diuino, ut quoscunque lapides uibraret machina ciuium, aut super suas crates, uel uineas, aut intra muros suos retorti conuerterentur. Vnde perturbati atque contritii nullum aliud saluti suæ remedium expectabant, nisi aut præliando cruētum occasum, aut ignominiose deditio[n]is euentum. Quibus sic dubitantibus occurrit beatus Ioannes Traguriensis antistes, more solito fatigatus, ut inter Iadratinos & regem exortum sedaret tumultum, & ad pacis normam utriusque populi reuocaret errorem: ad cuius aduentum gauisi ciues & supra quam dici possit gratulabundi effecti, ueluti de suæ salutis auctore ipsum adeunt gradu festino, consulentes quid facto sit opus, quid'ue sit factum per ordinem pandunt. Quos sanctus blande leniterq; consolatus est dicens, Nolite turbari, nolite filii metuere, nam & me causa salutis uestræ ad uos transmisit Deus. Ite uelociter & machinā uestram mihi nunciare studete, abeunt igitur ad locum festini ubi regia machina tantam iam dederat stragem murorū, quod patebat hostibus intrinseca ciuitatis, reparantesq; suam uelocius Episcopo quæ gesserant nunciant abq; mora. Ille uero quanto ocyus pergit ad locum, & inter crepitātum

saxoruni turbines intrepidus perseverans eleuatis in cœlum manibus fixisque in terram genibus hanc orationem fertur fudisse ad dominum: Omnipotēs æternæ Deus cui cuncta famulantur clementia, respice propitius ad preces serui tui & clementiam tuam exorantem pro salute populi tui ciuitatis istius, & illius quorum Princeps hunc expugnare nititur exaudi & præsta ut sicut uterq; populus gaudet unus Deitatis cultura & eiusdem fidei claritate refulget, ita unius eiusdemque terreni rectoris moderamine gubernetur, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus in sæcula sæculorum. Surgens autē ab oratione iussit lapidem sibi offerri. Quem ponens in funda, inquit, Dominus Deus Sabaoth, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, qui lapidem fundæ Dauid in Philisteum direxit ipse te dirigat in exteriorem machinā, quæ absque humani generis lessione ictibus attrita tuis ex toto corruat & dissipetur, ut nec alia loco illius ualeat reparari. Et hæc dicens funes uniuersos iussit trahi; potenter & percussa est machina extranea, nec non ictibus ita contrita sequentibus, quod sicut uir orando impetraverat nulla loco prioris potuit reparari. Videns autem Rex quia uictoria prope adepta, de manibus eius eripiebatur, cœpit cogitare anxius quo consilio potissime niteretur, cedebat nanque

VITA BEATI JOANNIS

maiestati regiae ad ruborem absq; uictoriae triumpho
 ab inceptis desistere, ad detrimentum uero totius sui
 exercitus ibi potetes uires effundere ubi cassatae fue-
 rant iam effusæ. Cumq; iam nulla spes superesset de
 obtainenda uictoria conuertit mentis aciem ad par-
 tem consilii sanioris, & eos quos armis non poterat,
 beneficiis aggreditur expugnare. Mittit itaq; lega-
 tos cum huiuscemodi mandatis, ad ciues: Quia si re-
 giæ placet obtemperare clemetiæ ducam uos inter
 regni primos & urbem quā incolitis, ut cognoscatis
 me desiderare magis uoluntarios amicos asciscere
 quā imperitare coactis. Satisfaciūt igitur ciues iuxta
 consilium sancti Præfulis regiae ditioni & fit deditio
 pro ciuiū uoluntate, requirēte uero Rege quibus es-
 sent auxiliis ab ipsius euasione liberati, referunt seria-
 tim, se sancti Ioannis Traguriensis antistitis præsidio
 & munimine fuissent ab eius impugnatione defensos,
 iussit ergo Rex eū præsentari sibi, & sciscitans cur-
 tantū contra regis præsumpsisset potentiam, tale re-
 sponsum ab eo recepit, Causa tuæ salutis bone rex
 tuiq; exercitus, credas hæc omnia gesta, ne tu cum
 sis Christianitatis insignitus stemmate, Christianorū
 cruentareris sanguine, & exercitus tuæ clementiæ,
 serenitatiq; subiectus eodem cruro fœdatus huma-
 nitatis exuto freno, crudelitatis incurrisset infamiā,
 ac per hoc iram Dei omnipotentis contra se tecū pa-
 riter excitasset. Et sic sanguinem populorū pereun-
 tiū innocēter de manu regia requisisset deus. Nunc

EPISCOPI TRAGURIENSIS.

autē saluo regis imperio, salua sunt omnia. & ex alto
 prouidit dei clemētia, ut & tuæ ditioni subiiceretur
 populus, & manus tuorum a sanguine ipsius mūdæ
 inuenirentur. Miratus rex in eloquentia sapientiæ il-
 lius factus de eiusdē sanctitatis uita certior pronus
 adorauit eum & ait, ut video amicus dei es, & uerbū
 eius in ore tuo uerum: & ideo sancte pater, tuam de-
 posco gratiā, ut pro me famulo tuo ad Regem regū
 preces digneris fundere, quatenus nos in pace custo-
 diens, nostri regni habenas dirigat, & post uitæ præ-
 sentis cursum, cū electis suis regnū nobis indulgeat
 sempiternum. Honorauit autē eū munib⁹ pluri-
 mis, & pariter cum illo gradiens peruenit ad oppidū
 Sibicinū ubi ecclesia beati archangeli Michaelis,
 usque ad præsens cernitur esse constructa, in qua dū
 sacra missarum celebraret mysteria, columba niue
 candidior, solo rege uidente descendit super caput
 sancti præfulis, & ei tam diu insedit, donec initia sa-
 crificia cōsumarentur, quibus peractis eleuata est ad
 cœlos, nusquam ultiro comparens. Quo uiso miracu-
 lo Rex obstupuit, & idipsum circumstantibus reue-
 lās, ait: Vere nunquā audiui talia, qualia de hoc uiro
 uiderunt oculi mei hodie. Post hæc uero, rex ingre-
 sus Tragurium, dona quæ ecclesia cathedralis illius
 loci a Groatæ regibus seu a Salonitanis principibus
 promeruerat ampliavit, & priuilegiorū munimine
 roborauit, & uale faciens Præfuli sancto accepta be-
 nedictione discessit. Non multis autē clapsis annorū

VITA BEATI IOANNIS
curiculis post regis de quo præfati sumus recessum
tāta molestia corporis subsecuta est sanctum uirum,
quod mēbrorum oīum dissolutionē pati uidebatur,
cūq; supernæ uocationis tēpus sibi cerneret īminere,
cōuocatis clericorū & laicorū cōtibus in unū, dixit,
fratres & filii, uolūtas dei fuit usq; modo, ut uobiscū
uiuerem peregrinus & aduena, nūc uero tempus in
cumbit, ut cōmendem terræ corpus, & reddam ani-
mam creatori. Considerate igitur dilecti, aīaduerti-
te carissimi quam fragilis, quā sit labilis imago uitæ
præsentis. Quæ cū incautis gaudium de præsenti, is
spē offerat de futuro nil aliud exercet, nisi ut cū repē-
tino superueniat īteritu, & quos incautos post se ma-
le illexerat malefaciat interire, & ita sit ut qui hester-
na die, quasi flos uernans egrediebatur, hodie tan-
quā fenū exeat arefactus, neq; ponatis spē ī mūdanis
opibus, aut gloria, quā cū homo interierit nō sumet
aliquid, neq; descendet cū illo gloria mūdi. Nudi et-
enim sumus egressi de matrīs utero, nec dubiū quia
nudi reuertemur illuc, nihil nobiscū præter uirtutes
seu peccata portātes. Quæcūq; enī seminauerit hō,
hæc moriēdo & metet, & ut dixi uobis redēptor uitæ
meæ deus uocare me dignatur de mūdi medio,
cuius uocationē tā lātus mēte cōcipio, quātū labori
perituri sæculi lētabūdus finē impono. Vos aūt filij
pacē habete, & Deus pacis & dilectionis erit uobiscū.
Apprehendite disciplinā ne qñ irascatur dñs &
preatis de uia iusta. Post mortē uero meā de pastoris

deliberate successionē, cuius uita uobis proficiat &
doctrina corpus mēū intra corpus terræ occulite, tu-
turū est. n. ut propter peccata post generationē hāc
surgentū uisitetur Deus in uirga iræ suæ locū istū, &
destructis mœnibus eius uniuersis incolæ p aliena lo-
ca dispersi tēpore nō modico exulabūt. Post quod
huc iterū redeuntes ciuitatē redificabūt, quæ culto-
res suos munimē fouebit perpetue fortitudinis, pro-
tegetq; insuperabiles semper. His dictis pacē sibi da-
ri ab uniuersis expostulat, & duobus familiaribus se
cum dūtaxat retentis, iubet ceteros pro foribus p̄
stolari, & ipse palmas utrasq; tendēs ad sidera, in hāc
modū ultimas fudit preces ad cœlos: Domine Deus
in adiutorium mēū intende, Dñe ad adiuuandū me
festina, ne mihi tenebrarū princeps occurrat, nō me
demergat tēpestas aquæ, nec me absorbeat profundū,
neq; urgeat super me puteus os suū. Sed aperi mihi
pulsanti ianuā beatitudinis tuæ quā promisit Iesus
Christus filius tuus diligētibus nomen tuū bñdicū ī
secula, recomendo tibi pastor bone gregem quem
meæ sollicitudini dū uixerē commendasti, Maiestatē
tuā pro illis suppliciter exorās, ut eos & ī pñti tuę cō-
formes gratiæ, & in futuro tuę gloriæ attribuas esse
participes saluator & redēptor mūdi, ī cuius manus
cōmendo spiritū mēū. Et prosternēs se super cōlue-
tos asparagos ubi beatā uitā duxerat, preciosa ibidē
reddidit aīam creatori uociferatibus iis qui cū eo re-
miserant plāgore luctissio flentes uniuersi ciues ad-
ueniunt,

VITA BEATI IOANNIS

ueniunt, cōpletur lamentis ciuitas omnis: nō poterat quis abstinere a fontibus lacrymarū. Idē dolor errabat pariter per oēm sexū, ætatem, & conditionem. Dies illa tota ducitur luctu & mōrore confecta tractantes denique sacrū corpus ut ipsum ad tumulandū chri- stianitatis more cōponerent, ita plenū liuentibus ui- bicibus inuentū est, ut a planta pedis usq; ad uerticē sanitas in eo uix inueniretur. Et, n. sicut demū com- pertū est referentibus ueridicis testibus pluries uisus est intēpestæ noctis silentio in mare quod uicinū ha- bebat tenus alio descēdere, & semetipsum duris fla- gris durisq; castigare cruciatibus. Sepelitur tandem si- cut uiuus mādauerat cū hymnis & laudibus in cor- pore terre in maiori Basilica meridionali parte cōtra altare sanctorū martyrum Cosmè, & Damiani: ad sepul- crū cuius cēci sunt illuminati, paralyticī curati, ex ob- sessis corporibus quod frequēter euenit dēmones ip- sius intercessionibus ac meritis effugati. Vt autē ea quæ propheticō spiritu prædixerat implerentur, euo- lutis paucis annorū circulis post eius obitū ciuitas a Saracenis non modo capta, uerum etiā funditus est euersa, cuius incolæ diuersi nō paucis tēporibus exu- lauerūt. Post multū uero tēporis, cū & ciuitatis refi- ciendæ tēpus & cōfessoris esset gloria precanda pro futura, nōnulli ciues superstites ad propria redierūt, & intēdentes propriis & publicis reædificationis usi- bus, Cōfessoris memoriā obliuioni penitus tradide- runt. Cūq; post reædificatā urbē nulla de ipso uel fa-

bula

EPISCOPI TRAGVRIENSIS.

9
31
n. 32
bula uulgaretur, essetq; illo tempore in eadem ciuita- te quidam pauper spiritu, nomine Theodorus, quem ob uitæ eius innocentia emācipauerat dominus suus, ei per uisum sanctus apparuit, dicens: Theodore fra- ter. At ille in uisu respondens ait, Quis es domine? Cui sanctus, Ego sum Ioannes huius ciuitatis quon- dam Episcopus. Surge, uade, dic Episcopo Traguriē si ut meum educat corpus de loco illo ubi iacet sepul- cro cōteatū, ut orem pro populo & ciuitate ista, qui- bus dictis repente disparuit, expergefactus homo sur- rexit eadem hora, & cœpit intra se uisionem tacitus retractare, cogitando non uisionem, sed phantasiā sibi aliquam apparuisse: & conticuit. Elapsis autē aliquot diebus, mediae noctis tēpore præfato uiro in hunc mo- dum uisio iteratur. Vir ueneranda canicie uexillum crucis gestans manibus, fulgenti stola candida uelatus tetigit eum, dicens: Frater Theodore, cui cum in uisu respondisset, Adsum: protinus subiunxit, Quare negle- xisti nunciare mandatum meum episcopo? Surge, ui- de, considera diligenter, quoniā qui nuper per uisum tibi apparuit, ego sum qui loquor tecum, caue igitur, ne admodū negligas nunciare quæ cernis: non phan- tastico quidē, sed uero habitu loquor tibi. Surgēs ho- mo in pauore mentis Episcopum adiit, & ei data co- pia loquendi, quæ sibi reuelata fuerant patefecit omnia sigillatim. Episcopus uero dictis illius fidem nō fa- cile faciens, paucis respondit, dicens: Vade fili, & super- uisiones huiusmodi, ne sis sollicitus ammodo, quoniā

C

attēdere ad somnia, tāquā ad uisa mēdacia uoce Prophētica prohibemur. abiit in domum suā homo, & ad Episcopi dehortationem de uisione diffidēs, nullā deinde uisionem mente sua constituit esse credendum. Quadam uero die, dū consueto more ligna referret solus, fessus onere, quē iam ætatis uetustæ grauarat ibe- cillitas, deposito fasce resedit; & cū more fatigatorum in cuiusdam se nebulæ soporē dedisset, adest sanctus cū immēso luminis fulgore, tāgēsque illū uexilli quod gerebat cuspide suscitauit, dicens, Frater Theodore, experrectus hō a somno atq; insolita lumīs claritate perterritus, nō poterat linguā resoluere in responso. Qui tenens eius manum blanda & leni allocutione cōfortauit eum, & ait, Noli timere fili, nō enim soleo percutere, sed sanare percussos, propera igitur, & Episco po nuncia uerū hominem non phantasticū loquor aperuisse, & ei suggeras, ut corpus meum de subterraneo educat sepulcro: ab omnipotente nanque mandatum suscepī, ut pro salute populi ciuitatis illius coram illo sim mediis & perpetuus intercessor. Ille uero quāuis formidine non adhuc omnino deposita, confisus, familiarius, tamen & domesticæ allocutionis humanitate, in his uerbis respondēs, ait; Ecce domine quod hor taris prosequar. quærēti ubi sit loculus sepulturę tuę, quale dabo respōsum? & ille, In ecclesia martyris Laurentij quærat, edicito, & ubi fustum laureum terræ af fixum inuenerit, ibi corpus meum agnoscat esse sepul tum. Tu autem ne mea mandata negligas, diligentī

cura obserua, non enim si ultra neglexeris, maioris dī scriminis pœnā euades. his dictis eadem luminis cum immēitate prosequēte discessit. Abiens igitur homo in domū suam totus luridis & debiles iam artus sustētans baculo, Episcopum adiit, & linguam uix in hæc uerba resoluens ipsa ei uisa reserat, pariter & audita. Adhibuit tunc demum fidem dictis Episcopus, & ut in ore plurimorum uerba recentia starent, iubet saxe factum hominem pādere seriatim mysteria reuelata. Qui cuncta per ordinem reuoluens, præsentibus reli giosis tam laicis quā clericis ad hoc uocatis, ut rei gestæ testimonium perhiberent, ne Episcopus narratio nis præsumptuosæ posset incurrire reprehensionem, retulit quæ qualiter & quo ordine uiderit uniuersa. Cœpit episcopus exinde sciscitari solcite, utrū de Ioanne episcopo fama senior aliquid indicarit, pauci ad modū grādēi iā senio, de ætiqua destructiōe superstites referre cœperūt se a suis prioribus accepisse, quendam Romanum lōge ante ciuitatis excidiū, in eadem ciuitate fuisse episcopū Ioannē nomine, per quē Deus multa dum adhuc uiueret mirabilia faciebat, sed propter urbis occasum oblitos fere omnium, quæ de illo primores suos recitantes audire solebant. relationem quorū libēter amplectēs episcopus eo quod cum uiri testimonio cōueniebat ad locū, quē uir prēnarrauerat uadit: & ita inuentū est, ut fuerat prēmōstratū, quod ut uidit grates omnipotenti Deo retulit, & ad eleuan dum corpus sacrum indixit iejunium triduanum.

Quo peracto subsequētibus clericorum & laicorum turbis accessit ad locum, & accepto fossorio cœpit fodere primo manibus suis, deinde ceteris, quousque ad tumbam deuenirent qua tegebatur sancta gleba. Ea uero reperta quanto plebs gestiuit tripudio, non est nostræ linguae retexere, nec est præsentis euoluere facultatis, cum ad ea prosequenda, quæ protinus sunt subsecuta è uestigio properemus. reperto igitur ut diximus mausoleo, tentant reuoluere lapidem superpositum, & non possunt. accedentes autem plures prioribus adiectis ferreis palis & cuneis submouere illum nullatenus potuerunt. accessit tandem & dictus Episcopus, atque id ipsum tentans nil profecit. unde contigit ut lætitiam quam nouum nouæ inventionis miraculum repente pepererat, repentinus admirationis stupendæ pauor superueniens reprimeret, & innata mentibus festina gaudia desperationis sperati thesauri casus anceps miserabiliter & mirabiliter occuparet. Initio demum & reperto consilio salutari iubet antistes accersiri sæpe dictum Theodorum sperans per nullum melius digniusque, quā per ipsum posse tanta sibi reserari mysteria, ut qui dignus fuerat electus relationis sacræ indicio, dignus etiam releuationis eiusdem præsumeretur. Accersitus igitur accedit ad tumulum, & lapidem quem potētium multorum uires, multorumque argumentorū instrumenta submouere non poterant, ipse dumtaxat, cultelli quem gestabat submissa cuspide, nō secus quam leue palliū sustulit,

& erexit, aperta itaq; sacra tumba, tantus tantæq; sua uitatis emanauit odor, ut non modo uicina, uerum etiam longe distantia loca mirando fragore compleret. Inuenitur sanctum corpus illesum & incorruptū, excepto cubito sinistro, ubi lapidis humore summo tenus tangebatur. tūc accedentes religiosi uiri simul cum præfato Episcopo eleuantes corpus cum hymnis & laudibus posuerunt illud in capsula cupressina; quam cum eodem sacro corpore locauerunt in sarcophago marmoreo, in eadē ecclesia, ubi requieuit, præstanto inuocantibus adiutorium eius in nomine domini multa beneficia; cæcis uisum, surdis auditum, debilibus gressum, obsessis immundorum spirituum curationem, usque ad tempus quo ciuitas a Venetis fuit percussa. Secundo Veneti nanque cum irent in Romaniam contra Chium comparato exercitu diuertentes illuc cum triginta galeis ad Traguriensium portus applicuerunt. Cumq;ue ciuitas nec murorum esset freta circuitu, nec munitione uallata turrium, nec bellicis armis fulta, sed solis sparis ex quibusdam maceriis circumsepta fragilibus, inuidentes eam prædones, & manu furibunda, cuncta subuertentes inuentunt, scrutantes abdita quæque pro thesauris quos occultos putabant inueniēdos, uiolato sepulcro, quo sacrum corpus in capsula iacebat, dum thesauro ecclesiæ in ea sperant esse reconditos, ipsam cum ceteris ornamentis tanquam lupi rapaces diripiunt, & ad mare irreuerenter usque deportant; ibique aper-

ta in qua sperauerant thesaurum capsa reconditum,
 cum nihil præter corpus sanctum inuenirent non pie-
 tate moti, non pœnitentia ducti quod uenerabile cor-
 pus tam impie, tamque irreligiose tractauerant; sed ui-
 dentes se fraudatos desiderio suo, ipsum inuertunt, &
 cum nihil præter annulum circa illud rapina dignum
 inuenirent, ipsum extrahere tentant. Quod cū pro-
 cupita uelocitate non possent educere, manum cum
 brachio a cubito truncantes auellunt, & truncum cor-
 pus in litore bestiali feritate relinquunt. O nepharia
 dextra, quæ tale tantumq; scelus perpetrare non hor-
 ruisti. O sœuentum inaudita crudelitas, quæ de con-
 fessore mortuo martyrem facere nō timuisti. O feri-
 na non humana ferocitas, quæ pro raptu tā uili & mo-
 dico uniuersum exercitum defœdasti, ut illud histo-
 riographi contra te posset uerisimiliter retorqueri:
 Nulla fides, pietasq; uiris qui castra sequuntur, Vena-
 lesque ibi fas ubi ^{maxima} ~~credu~~la merces. Dimittūt itaque pi-
 ratæ detestabiles memoratū corpus in litore, & cū ce-
 tera rapina sanctum deferentes brachiū uia qua cœpe-
 rant infausto omine nauigarunt. Diuinæ nanq; anim-
 aduersiones contigit ultione, ut præfatæ galeæ Chiū
 nauigantes, ex eis aliæ naufragium paterētur, aliæ qui-
 dem ab hostibus superarentur, reliquæ aut̄ aëreae pesti-
 lentiæ tanto sunt contagio tabefactæ, quod ex trigin-
 ta uix sex superstites Venetias remearūt. Quæ omnia
 propter piaculum, quod in sanctum & uenerabile cor-
 pus cōmisérat nō est dubium accidisse. Comperto de-

nique de galearum dictarum regressu, ciues Traguriē
 ses consilio communicato, legatos pro memorato bra-
 chio repetendo Venetas destinarunt. Qui licet sa-
 tis honeste essent recepti & honorifice tractati, data
 publica iussione, ut ubicunque res eorum inuenir en-
 tur, eas absque difficultate restituerent qui haberent:
 super brachio repetito huiusmodi responsum repor-
 tauerunt: Nolite fratres, nolite fatigari, nolite incas-
 sum uerba fundere, repetendo brachium illud san-
 ctum, quod de corpore illius reuerendi uiri sublatum
 est, & apud nos reuerentissime collocatum: has
 enim corporum sanctorum reliquias consueuimus
 uobis longe melius uenerari. Et sic principalis cau-
 sæ legatione frustrati legati ciuium ad propria sunt
 reuersi. Paucis postmodum temporibus euolutis,
 cum sancti confessoris adessent solennia, & plebs uni-
 uersa de more pristino ad nocturnas ipsius solenni-
 tatis celebrandas uigilias conuenirent: subito facta
 est inter ipsa noctis prima crepundia tanti luminis
 copia, ut uidentium se cunctorum reuerberaret acies
 oculorum: & ueluti cometa crinitus, qui Regum re-
 gnorumque mutationes solet portendere, longos tra-
 ctus terræ scintillari scindens uibramine, totam Istriā,
 cunctasque inferiores partes Dalmatię præteruolans,
 usque super Traguriensem ecclesiam uisum est coru-
 scis radiis splenduisse: unde & ciuitas omnis in admí-
 rationis stupore conuersa, perterrita & attonita pari-
 ter mirabatur, quid sibi portenderet luminosa lāpas,

VITA BEATI JOANNIS

circumfusi fulgoris: cumq; splendore in noctis caligine resoluto Sacrista more consueto, ad luminaria concinno sacrarium, & locum in quo iacebat sanctū corpus introisset, inuenit præter solitum super capsā corporis preciosi quiddam munda sindone inuolutū. perscrutato igitur, & quid illud esset diligentius recensito, clara luce deprehendit hunc esse thesaurum desideratum diutius, hoc esse beatas reliquias hoc esse brachium sanctū absque dubio angelicis ministeriis reportatum, quod humanis manibus Veneti dudū nō dederant referendum. Ad cuius miraculi spectaculū gloriosum concursus fuit populorum laudantium & glorificantium saluatorem, qui cum in cunctis sit mirabilis, mirabiliter in sanctis suis non dignatur, nec desinit glorificari. Exultat plebs uniuersa ineffabili gaudio & immensa lætitia tanta, certior effecta se posse obtinere per suffragia tanti patroni, quæ à deo iuste poposcerit, quanto liquidius per istiusmodi est experita miraculum, quod apud altissimum ipsius precibus & meritis ualeat in suis necessitatibus exaudiri.

Depositus est autem siue translatus beatus Ioannes Confessor & Episcopns, in ciuitate Traguriensi die decimo octauo calendarum Decembrium.

C V M autē contingat sæpius ut incredulitate fides elucescat, & per dubitationē solidetur ueritas, omnipotens saluator noster, cuius immensa prouidentia sanctum suum extollit, & uelut sidus rutilans splendere facit incredulorum periculo uoluit sæculi huius

beatitu

EPISCOPI TRAGVRIENSIS.

beatitudinem cōprobare. Nam Iordanus uir religiosus pater monasterii eiusdem ciuitatis, cū die quadam quoddā ambiguū lignum dolādo minus caute tractaret, subtilis festuca ex eodem ligno dextræ ipsius indicem penetrādo subrep̄sit, quā conās educere, nulla potuit ratione uellere: tumescēt itaq; cū festuca digito cœpit dolor affligere patiētem, manū crescere, cruciatus exarescere, usq; adeo uitā traheret lāguidus morte multimodis grauiorē. Cumq; nec unguentis, nec plures dies appositis medicaminibus, crudeli aliquatenus māsuesceret cruciatus, irruerētq; dolores grauiores solito, egro trahente tempore insomni & omnino irrequieto, ad cruciam in leuamen solius mortis solitum expectabat: hærebat quidem eius animo ut uotum de recuperanda salute beato cōfessori emitteret, sed obstabat culpa conscientiæ, quæ de sanctitate beati uiri dum sanus extiterat, dubitabat. quid plura? in cōfinio mortis iam fere positus, uotū uouit domino & beato confessori Ioanni, ut si eius meritis ac precibus ab instanti liberaretur periculo, ad honorem eius digitum argenteū offerret corpori sancto suo. Nocte uero euangelio subsecuta, dū aurora futuræ diei daret initium & sāpe fatus æger in cuiusdā nebulæ umbra se sopori dedisset, qui ab exordio ingruētis doloris somnum nequaquā nouerat, uidit per somnū quendā nobilem eiusdē ciuitatis uirū Ioannē cognomine Casolium ad se uisitationis gratia ingredientem: qui quasi cōdolens & passioni eius grauiter compatiens, manū languidam cœpit leniter demulcere, ligamina medica

D

VITA BEATI IOAN NIS

mentorū euoluere, digitū cui festucā impressam diximus, propriis manibus ex digitis suauiter demulcere, acerbūq; dolorem quem per nouē dies cotinus irre quietus homo passus fuerat mitigare. Expergefactus aut̄ languidus, leniore sensit manum, & resolutis ligaturis digitū l̄esum aspiciēs, uidet festucam ad summū iā fere progressam, & ut eam educerēt quasi oretenus proclamatē: quam eductam securus est ipse passiuus mōror, dolor & cruciamina sunt omnino sedata, & ut ab eiusdē religiosi uiri ore didicimus, modici tēporis interiecto spatio pristinæ redditur sanitati. Qua recepta nō iā ut prius incredulus, sed in fide sanctitatis beatī cōfessoris solidatus & stabilis ad loculū quo corpus uenerabile iacebat, tā deuote quā reuerētur accessit, & uotū quod in tribulatiōe sua os eius locutū fuerat ob tulit, benedicēs & laudās dominū qui est mirabilis in sanctis suis. Nec fuit huic dissimile, quod alio quoque tēpore cōtigit, sicut quidā eiusdē ciuitatis nobilis Dux galaderlus agnomine nobiscū positus de se ipso s̄apieus referebat. Qui cū similiter de uirtutibus sancti cōfessoris esset ambiguus, cœpit æstiuo tēpore ui febriū laborare. Ea calore sensim crescēte ui maius cœpit totū corpus æstuare quasi ardore ignium atque in acutū morbum transire. Quem physici hemitritæum physico cōsueuerunt uocabulo nūcupare. Cui cū per plures dies effusum nullum proficeret medicamentū, expectarētq; circū sedētes mortis illius euentū, quem quodāmodo cernebāt finitimū, subito per portas nariū languis feruere; & tribus diebus totidēq; noctibus

EPISCOPI TRAGVRIENSIS.

14

pariter effluere sedula quantitate, quo fluxu tāta debilitate laborare cœpit æger, ut aditu fere uotis intercluso nō mō de salute, uerū etiā de uita penitus desperaret. Idē ipse ad se rediēs, uoce quā poterat sanctū interpellat Ioānē, & pœnitens incredulitatis spōdet mēte pariter & animo, si ei dignaretur salutis præstare remē diū, quod de sanctificatione illius ab inde nullatenus dubitaret. Deniq; se sequētis noctis cuius die præcedenti sancti opē aduocauerat instāte medio eo quoq; in extasi posito adest Christi cōfessor, ut uidebatur in somnis & his egrū uocibus increpat dicēs: Ut quid duro corde filii hominū usq; adeo de misericordia diffiditis creatoris, quod ipsum nō creditis, precibus seruorum suorū uobis salutaria cōmoda ministrare? Credite omnipotenti nihil esse difficile, ipsūq; nobis peccatoribus, dū adhuc misera & caduca uita in hoc solo mūdi fungimur ad ipsius accincti obsequio tantam confessori gratiā, ut euecti post corpus ad sedes æthereas in exē plū uitæ melioris incōmoda tā corporū quā etiam aīa rum uestrarū in ipsius nomine reuelemus pariter & effugemus, nihilominus uero pro uobis fragilitati nostræ ab omnipotenti idulta nomina sanctitatis, cū per gratiā nobis collatā gloria nec minui ualeat nec augeri: sed ut uos credētes ad uirtutū culmē erigatis animā, per quā salutem quoq; corporū consequi ualeatis. Et hæc dicēs caput eius per quatuor partes inter manus proprias astringēs & fluxū cohibuit sanguinis, & ægrū restituit pristinæ sanitati. euigilās aut̄ languidus percūctari cœpit a circū sedētibus, quis ille fuerit qui ad ipsū

D 2

intrauerat uisitandum. Cumq; respondissent nemine
 se uidisse,intellexit homo beatū sanctū Dei fuisse uirū,
 cuius se uouerat deuotioni hesterna die. gauisus itaq;
 de incolumitate sibi redditā, gauisus est multo magis
 de uisiōe tā mirabili, laudesque magnificas cœpit exol
 uere creatori. Exurgēs aut̄ ianu & incolumis die ter
 tia corpus sanctū adiit, grates immēlas Deo, & sancto
 Ioanni retulit, & ab illo tēpore nomē sanctum eius, &
 diem festiuitatis ipsius quoad uixit, summa soluit sem
 per & uigili deuotione. Hæc oīa sicut superius legun
 tur, idē nobilis nobiscū positus semper cū lacrymis re
 ferebat. Mencogna uero eiusdē ciuitatis accola, cum
 haberet unicū filiū a natuitate cęcū, ipsum domi foue
 bat, ut pote quē cęcitas nō sinebat exteriū peruaga
 ri; tēpore aut̄ quo gloria domini fuerat in puerō reue
 lāda, cœpit oculorū doloribus affligi, & cruciari, adeo
 quod stridore ululatus cōtinui nō modo domū pro
 priā, uerumetiā diebus pluribus uicinā uexauerat uni
 uersam. Quid faceret homo cui humanū consiliū nul
 lū poterat remedii solatiū adhibere? quadā nocte pue
 rū accipiebat, & ipsum ad oratoriū quo sanctū iacebat
 corpus deferens, ante ianuas proiecit, nam ostia serra
 solidata prohibebat ingressum. cū quarta iā dictæ no
 c̄tis uigilia præterisset commendans autē pater filium
 Deo & beato Ioanni cœpit ibidem pernoctare. Mane
 uero adueniēte cœpit puer silere, & qui per plures dies
 somnū nō ceperat, nec uiderat, dormiuit. Pater uero
 rē tacitus cōsiderās pro quiete illius Creatori repēdēs
 gratias, intellexit dolorē pueri mitigatū. Euigilans de

nīq; puer cœpit aperire oculos, trepidare rerum quas
 nunquā uiderat nouitate, quē omnia cī stupēda & mi
 rabilia sicuti qui nunquā oculos aperuerat, uidebātur.
 Retulit siquidē domū pater uidentē, pariter & sanum
 natū meritis sancti Ioannis, insimul & uirtute: qui eum
 cæcū attulerat sciētibus oībus & infirmum; pro tantis
 sibi collatis bñficiis gratiarū actiones referēs creatori:
 quemadmodum diuina tradunt uolumina. Sicut ter
 reni Regis secretū silētio tegere bonū est, ita cœlestis
 Regis occulta pandere dignū dicitur & honestū, Euā
 gelica tuba testāte: qua dicitur, Quod in aure auditis,
 prædicate super tecta: idcirco ego Treganus humilis
 lector natione Tuscus, patria Florētinus, & licet indi
 gnus in eadē Traguriēsi ecclesia gerēs Archidiaconā
 tus ministerium, rogatus a fratribus, a uenerabili uiro
 dño meo Michaele eiusdem ecclesię Præsule, sicut de
 uita sancti Cōfessoris in quibusdā codicibus iā ex ma
 iori parte uetus state deletis inueni, in præsens opus ad
 honorē Dei, sanctæque Romanę Ecclesiæ reformauis;
 de inuentis nihil minuēs, de meis nihil adiiciens. Quæ
 aut̄ de ipsius translatione, & brachii relatione scripta
 leguntur, ideo prænotauit diligenter, ne essent occulta
 diuinis miraculis. Quę ex sexaginta bonorum affer
 tione uirorum fuisse uera probatum est. Scripta sunt

hæc Anno Dominice Incarnationis, M. CC.

III. Tempore Domini Innocentii

Papæ tertii: Pontificatus
eius anno sexto.

D 3

VITA BEATI IOANNIS

EVGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei, unius Christi fidelibus presentes literas inspecturis, salutem & apostolicam benedictionem. Licet is de cuius munere uenit, ut sibi a suis fidelibus digne & laudabiliter seruiatur, de abundantia suae pietatis, quae merita supplicum excedit & uota, bene seruientibus sibi multo maiora retribuat quam ualeat promereri: nihilominus tamen desiderantes nos populū reddere acceptabilem, & bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum ei quasi quibusdam allectuīs muneribus, Indulgētiis & remissionibus inuitamus; ut exinde redantur diuinæ gratiæ aptiores. ita etiā ex cōmissi nobis gregis regimine misticos dispensantes thesauros, quemadmodū beatissimus martyr Laurentius terrestres pauperibus diuitias erogauit, ut æternas sibi in coelū atq; immarcescibiles prepararet, ex quo & nō solum propter sacri palmam martyrii speciali uenerationis prærogatiua meruita fidelibus insigniri. Quoniam igitur sicut accepimus ad ecclesiā Tragurien, quae sub uocabulo eiusdem martyris fundata existit deuotionis causa magna populi multitudo confluere consueuerit: hos cupientes ut huiusmodi deuotio feruentius uigeat & augeatur, ipsa quoq; ecclesia cōgruis honoribus frequetetur ac in suis structuris ædificiis & ornamētis consuetur, & ut Christi fideles eō libētius causa deuotionis cōfluant ad eandem, ac ad conseruationem huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidē dono coelestis gratiæ uberioris conspexerint

EPISCOPI TRAGURIENSIS.

16

se refectos de omnipotentis Dei misericordia; ac beatorū Petri & Pauli apostolorū eius auctoritate confisi omnibus uere pœnitentibus & confessis, qui die quanto decimo mensis Nouembris, in qua memoria beati Ioannis Confessoris Tragurien. Episcopi honorifice & cum maxima populi deuotione inibi celebratur a primis uesperis usq; ad secundas, Ecclesiā ipsam deuote uisitauerint annuatim, & ad conseruationem constructionem & ornamenta huiusmodi manus porrixerint adiutrices, septem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxamus præsentibus in perpetuum duraturis. **Datæ Ferariæ, Anno Incarnationis Dominice M. CCCC XXXVIII. tertio Nonas Maii, Pontificatus nostri anno octauo.**

*uel ad conseruationem constructionem et ornamenta
huiusmodi manus coniugentibus, seu initio
pias elemosinas erogantibus, aut alias aliquas alia indulgentia in perpetu
uul id certum tempus F I N I S, non dum elemosina duratura per
unumque finit huiusmodi presentes litteras nullus existat retro, vel
momenti. Date Fer.*

Thomæ Nigri Dalmatæ Protonot. Apostolici in
piam curam Ioannis Statilii Traguritæ.

Hoc tibi diue Pater Præsul uenerande Ioannes
Statilius propriis sumptibus optat opus,
Ut tua quæ fuerint miracula facta Fraguri
Hic liber excussus testis in orbe foret.
Tu miranda facis, facit hic ea publica cunctis,
Laude manet merito dignus uterque sua.
Nec minus ipse tuo debes pie Præsul alumno,
Quam tibi Moenides debet Achilles heros.

*Volumus
autem ju
ni alias.
stanti hu
eclasiā*

1599

Лето сего 1599ъ въ Спбпнѣ звѣзда.

Сіи звѣзды въ схемѣ съ

указаниемъ на вѣтры и вѣтровые звѣзды
имѣютъ видъ звезды СОССЫИ СОССЫ
и съ тѣмъ же симѣніемъ въ схемѣ съ

указаниемъ на вѣтры и вѣтровые звѣзды
имѣютъ видъ звезды СОССЫИ СОССЫ
и съ тѣмъ же симѣніемъ въ схемѣ съ

указаниемъ на вѣтры и вѣтровые звѣзды
имѣютъ видъ звезды СОССЫИ СОССЫ
и съ тѣмъ же симѣніемъ въ схемѣ съ

указаниемъ на вѣтры и вѣтровые звѣзды
имѣютъ видъ звезды СОССЫИ СОССЫ
и съ тѣмъ же симѣніемъ въ схемѣ съ